

IN  
16

Gy. 12.

Gy<sup>4</sup> 72.

17.  
2/  
3/  
4/  
5/  
6/  
7/  
8/  
9/  
10/  
11  
12  
13  
14  
15



75 #4

IOANNIS GOTTOFREDI TAVSTII,  
GYMNASII HALLENSIS CONRECTORIS ET COLLEGII  
SCHOLASTICI SENIORIS,  
**CARMEN SAECVLARE**  
V O T I V V M  
IN MEMORIAM

**IVBILAEI SECVNDI**  
**GYMNASII HALLENSIS**

D. XXVIII, XXVIII ET XXX AVGVSTI A. O. R. cō Is cclxv.  
DIVINIS AVSPICIIS SOLEMNITER CELEBRATI  
IN AEDE SCHOLASTICA  
PVBLICE RECITATVM.

---

ACCEDIT

IO. GOTTOFR. TAVSTII, FILII,  
**E P I L O G V S**  
ORATIONVM SAECVLARIVM.

~~~~~

HALLAE SALICAE,  
APVD IOANN. GOTTOFRED. TRAMPE. 1765.

IOHANNES GOTTFRIED TAVSTIN  
GYMNASII HALLENSIS CONSTRUCTOR ET COLLEGI  
SCHOLASTICUS SENIOR

CARMEN SACRUM  
VOTIVUM

IN MEMORIAM  
IVRILAEI SECUNDI  
GYMNASII HALLENSIS

D. XXVII, XXVIII et XXX Augusti A. O. R. c. d. cccc.  
DIVINIS ASPICIENS SOLEMNITER CRIERATI  
IN AED. SCHOLASTICA

PUBLICE RECITATUM

IO GOTTFRIED TAVSTIN, PUBL.

EPICURUM  
GRATULAM SACRUM

HALLAE SALICAE

IOHANNES GOTTFRIED TAVSTIN



VIRO  
MAGNIFICO, PERILLVSTRI ATOVE GENEROSISSIMO,  
DOMINO  
IOANNI CHRISTOPHORO  
DE DREYHAVPT,

COMITI PALATINO CAESAREO,  
AVGVSTISSIMI REGIS BORVSSORVM A CONSILIIIS INTIMIS,  
REGIMINIS, RERVVM BELLICARVM AC DOMANIALIVM,  
DVCCATVS MAGDEBVRGICI ADVOCATO FISCOI,

SCABINATVS SENIORI  
ET  
COMITI SALINARVM HALLENSIVM,

MAECENATI  
MV SARVM HALLENSIVM RERVVMQVE PATRIARVM  
LONGE CELEBERRIMO,

NOBIS  
I FAVORIS VO  
MULTIS NOMINIBVS COLENDO,

DEO PROPTIO CELEBRATI  
MONIMENTVM  
CONSERVATI  
IOANNES GOTTFRIEDVS TAVSTIVS  
NEC NON



VIRIS

PATRIAE CIVITATIS PATRIBVS  
EXCELLENTISSIMIS, AMPLISSIMIS, CONSVLTISSIMIS,

DOMINO  
IOANNI HIERONYMO LANGIO,

I. V. D.

REIPUBLICAE HALLENSIS CONSVLI GRAVISSIMO,

COLLEGII ECCLESIASTICI MAVRITIANI OCTOVIRO VIGILANTISSIMO,

DOMINO

IOANNI GVILIELMO LOEPERO,

POTENTISS. REGIS BORVSS. A CONSILIIIS AVLICIS,

DYNASTAE HEREDITARIO IN TARGARD, STRAMEL, CET.

CIVITATIS HALLENSIS ITIDEM CONSVLI SPECTATISSIMO,

COLLEGII ECCLESIASTICI MARIANI OCTOVIRO MAXIME CONSPICVO.

GYMNASII HALLENSIS SCHOLARCHIS AC PATRONIS

LONGE MERITISSIMIS,

HOC, QVIDQVID EST, LITERARIVM

SECVNDI IVBILAEI

A GYMNASIO HALLENSI

DIEBVS XXVIII, XXVIII ET XXX MENSIS AVGVSTI A. O. R. CIOICCLXV

DEO PROPITIO CELEBRATI,

MONIMENTVM

SVBMISSA MEMORIQUE BENEFICIORVM MENTE

CONSECRAT

IOANNES GOTTFREDVS TAVSTIVS,

CONRECTOR, COLLEGII SCHOLASTICI SENIOR,

ANNO AETATIS SVAE SEXAGESIMO OCTAVO, MVNERVM SCHOLASTICORVM QVADRAGESIMO SEXTO.



Paruula magnanimos circumspice, char-  
ta, PATRONOS,  
Quorum praesidium iuris opemque  
petas.

Publica pro REGIS PATRIAEQUE sacra salute  
Saeclis venturis vota legenda dabis.

Carmine solemnī tenuis quae condidit *auctor*,  
Dum NOVA Salaidum IVBILA Pindus agit.

Vasta Theonino te forte volumina dente

Rodent, mordaci scommate teque petent:

"Siccine Teutonicos interstrepis anser olores?

"Nomen et auctoris forte merere cupis?

"Siccine tu Sosis quoque lucra, libelle, parabis?

"Condere qui poteras tura piperque sinu?

"Forte Palatini spectabis Apollinis aedem,

"Vatis et Aufonii laurea ferta petes?"

Tali vanorum ne tu moueare Thraasonum

Morsu, sed dictis talia dicta refer:

"Is non Aufonii, non Teutonicivae poetae,

"Qui me composuit, nomen habere cupit.

"Inter Apollineos libraria quosque taberna

"Collocat auctores, non petit ille locum.

"Non ab Aristarchis vatum rogat ille coronam,  
"Quae modo caesareo iure corona datur.  
"Non venalis ei, non mercenarius vmquam  
"Aere merens calamus lucra misella petit.  
"Officio potius ciuis defunctus honesti,  
"Cultoris summi Numinis atque pii,  
"Publica pro REGIS, PATRVMque SCHOLAEque  
salute

"Vota nouis actis consocianda putat."

Hoc fieri num iure queat; noua quaestio iuris  
Iurisconsultis discutienda venit.

Nullus Aristarchus, Momus Satyrusue malignus  
Arbiter haec nobis dicere iura potest:

Consule sed summos iuris legumque peritos,  
In quorum lis haec stetque cadatque foro.

Quaere viros, patriae qui publica iura tuentur,  
Quos fouet in celebri nobilis HALLA sinu.

Celsa PALATINI COMITIS pete tecta, clienti  
DREYHAVPTI ILLVSTRIS, semper aperta  
tibi.

Praesidet ILLE foro, patriae regit ILLE tribunal,  
Quod caussis dubiis dicere iura solet.

Moris et antiqui custos sanctissimus ILLE,  
Omnia QVI patriae iuraque fasque tenet,

Inte-



Integra *fastorum* praeclara volumina scripsit,  
Publica maiorum quae satis acta docent.  
Scripta ibi parua quidem, sed ad acta relata te-  
guntur,

Actorum quae sunt nunc habitura fidem.  
HVNCE roga, dignum meritis praefatus honorem,  
Fasne putet, factis te sociare nouis?

Publica queis consent actorum iura fidesque,  
Temporibus feris norma futura bonis.

Atque tibi testis tribuat si publica iura,  
Rite quod officio sit schola functa suo:

Quas poteris, summas nostro persoluito grates  
Nomine **PRAELVSTRI MAGNIFICOQVE**  
**VIRO.**

Sicque patrociniū iuris stabilemque fauorem  
Tu domui nostrae conciliare stude.

Inde redux, properans binas venerare **PATRO-**  
**NOS,**

Ambo quos meritis dicere iure queas  
Fulcra scholae nostrae, geminos oculosque Se-  
natus,

Nobile **FACTORVM** par, patriaeque decus.  
*Tubila* qui nostro procurauere *Lyceo*  
Splendida, maiorum more modoque pio.

LAN-

LANGIVS ille fuit PRAESES, LOEPERVS et alter,  
Ornantes cultu iubila nostra nouo.  
Hos roga, vt excipiant vultu pia vota sereno,  
Quae sunt auspiciis coepta, peracta suis:  
Atque refer dignas musarum nomine grates  
Munere pro tanto praesidioque graui.  
Adde simul, nostro lapsurum pectore numquam,  
Debeat his quantum paruula nostra domus;  
Contulerint quoties tot splendida praemia *natis*  
Iure patronorum, sponte animisque Patrum.  
Numquam at quum detur tenui retulisse clienti  
Digna PATRONORVM munera muneribus:  
Aeui praesentis pariter pariterque futuri  
Praemia munifici larga precare Dei.  
Nostraque quum tumulto sint proxima tempora  
vitae,  
Certaque per Christum sit mihi parta salus;  
Ac certam nostris quum spondeat ille salutem  
Certa ipsi fisis nec titubante fide:  
Illius exemplo, claris meritisque PATRONIS  
Per te sit nostrae tradita cura domus.

Scribeb.

Hallae Salicae, d. XIII Nouembr.

C19 10 CCLXV.

CAR-



## CARMEN SAECVLARE.



Salve, fausta dies! cedro minioque notanda  
Per memores fastos, nostrique in fronte  
LYCEI:

Vndique qua rursus facies laetissima rerum  
Mentibus adfulgens, animosque oculosque serenat.  
Vndique percutiunt permixto iubila plausu  
Arrectas aures, atque intima pectora mulcent;

A

Prisca-

Priscaque velatur musarum nostra palaeſtra  
 Veſte noua, cultuque ſuo ſua gaudia monſtrat.  
 Grator vtque micat poſt horrida nubila Titan:  
 Sic defuncta malis ſoſpes noua lumina ſpargit.  
 Praeſens hanc decorat PATRVM veneranda corona,  
 Haec ſaluosque ſuos laetatur adeſſe PATRONOS,  
 Orba ſibi Martis rabie quos curia demtos,  
 Quos noſtrum abreptos plorabat triſte LYCEVM.  
 Sed rude iam dudum mea, tu, donata Camena,  
 In tanto coetu conſcendere roſtra quid audes?  
 Mellifluae ſuadae, doctisue Maronibus apta?  
 Eloquar, an fileam? Pudor alta ſilentia ſuadet.  
 In ludo iam luſtra nouem conſumta labore  
 Vena queat facilem tibi perſuadere quietem.  
 Gaudia ſed tacito quis peſtore claudere tanta,  
 Quis, niſi ſit ſaxum, poſſit bona tanta ſilere?  
 Ipſa quibus noſmet cumulat clementia caeli.  
 Ore ea nam praestat vel balbutire ſenili,  
 Quam non munificum Numen laudare piūque.  
 Scilicet ipſe Deus nobis haec gaudia fecit,  
 Ille Deus celi clemens moderator olympi,  
 Ille Deus terris lucem poſt nubila reddens,

Opti-

Optimus ille pater, post tristia tempora Martis  
 Reddidit haec nobis tam dulcia commoda pacis,  
 Forsitan haud nostrae menti tam grata futura,  
 Ni prius haec belli rabiem gustasset amaram.  
 Quumque tibi, ter summe Deus, qui cuncta gubernas,  
 Laeta Sionae celebrent sua iubila musae,  
 Atque sacro in coetu neruis modulentur et ore:  
 Accipe deuotae gratissima munera mentis,  
 Accipe, quas hilari recinunt tibi pectore laudes:  
 Tu Deus es nostrae rector tutorque palaestrae,  
 Qui *bis centenos* clemens habitare *per annos*  
 Haece domo, excussis caelesti luce tenebris,  
 Enthea iussisti sacri praeconia verbi.  
 Haec, duce te, veluti teneri ratis hospita coetus  
 Armorum iam bis diris agitata procellis  
 Euasit iam bis faeui fera murmura ponti:  
 Altera sic nostris clauduntur saecula musis,  
 Qualia tu quondam clausisti saecula, *NOACHE*,  
 Saecula, quibus Nereus vastauerat vndique terras,  
 Quum tua dextra Deo suaues adoleret odores:  
 Talia iam nosmet tristissima saecula mundi  
 Clausimus, ac tellus pelago madefacta cruoris.

Aurea sed refouet nos pax reparata salusque.  
 Aufpiciis, FRIDERICE, TVIS, REX maxime regum,  
 Pieridumque noui celsissime conditor aevi,  
 Tertia Salaides ineunt sua faecula musae,  
 Numinis et sacras pronae voluntur ad aras,  
 Pectoribusque piis adolent sua tura precesque :  
 Ioua , tuo REGI pacem largire perennem :  
 Illius armipotens extremo solis ab ortu  
 Hesperias et ad vsque plagas venerabile sceptrum  
 Lumina iustitiae sanctae sophiaeque serenent.  
 Nestoris ad feros REX elementissimus annos  
 Viuat ! io ! viuat saeculi decus atque corona,  
 Palladioque suas flectat moderamine musas.  
 Viuat delictum magni REGINA mariti !  
 Gnossiacae niteat ceu maxima gemma coronae,  
 Parque viro cunctas regali fidere vincat.  
 Viuat Prussiæ, viuat spes proxima regni,  
 FRIDRICVS GVILIELMVS, aui flos alter, et vna  
 Foedere iuncta nouo thalami celsissima CONIVX :  
 Illa det heroum claros paritura nepotes,  
 Qui referant fama proauos, qui fortibus ausis  
 Ardua BRENNORVM tollant ad sidera nomen.

Viuat

Viuât et excedat frondoso culmine cedros  
 REGIA STIRPS, ramis vegetis renouetur et vsque,  
 Portas, HALA, tuas muscosaque moenia donec  
 Sala pater lambet, saliet tua venaque falsa.  
 VOS, PATRIAE PROCERES celebres, lectique SENATVS,  
 Nobile concilium, nobis summeque colendi  
 Musophilii PATRES, exoptatique PATRONI,  
 TVque SCHOLARCHARVM summe venerabilis ordo,  
 Inuigilans semper iuuenum nostraeque saluti,  
 Et decus et nostri princeps futura Lycei,  
 In florem patriae VOS gratia Numinis almi  
 Incolumes seruet, tueatur, adaugeat, ornet.  
 Quotquot sensistis furibundi fulmina Martis,  
 Tot VOS nunc recreent caelestia munera pacis,  
 Atque fauor VESTER sapiens et prouida cura  
 Grande decus nostris sit praesidiumque Camenis.  
 Tuque, magistra bonae mentis vitaeque beatae  
 Inclita virtutis doctae sollersque palaestra,  
 Quae tenerae tradis publi documenta viasque,  
 Queis possint sanctum traducere molliter aeuum,  
 Tandem animamque Deo per vulnera reddere Christi,  
 Octennem puerum quae me de rure propinquo

Allectum blande fouisti, binaque lustra  
 Nectare pauisti musarum deliciisque,  
 A sexto secli, quod iamiam viuimus, anno:  
 Quas tibi nunc grates tam festa luce rependam?  
 O! animae sanctae nobis cineresque colendi,  
 Nomina discipulis ritu celebranda perenni,  
 Et nostris animis imisque infixam medullis!  
 Quae ego doctrinae puer hic elementa magistris  
 Ingenuas artes, prauo et discernere rectum  
 Perdidi, et Numen caste coluisse supremum:  
 Si mihi Maeonidae flores veneresque Maronis  
 Suppeterent, Vestris quos possem spargere tumbis:  
 Aurea scripta mihi gemmis inclusa coruscis  
 Nomina fulgerent ex his suspenfa columnis.  
 Hisce carens saltem Vobis anathema sacro:  
*Semper honos, nomen Vestrum, laudesque manebunt*  
*Pectore fixa meo, dum spiritus hos reget artus.*  
 Vosque, meis pedibus iam sexaginta per annos  
 Limina trita fati, vos, hospita tecta iuuentae  
 Semper aperta meae, docilis quae rure perebam,  
 Atque quater denas messes habitata docenti,  
Nidulus et mollis nostrae mansura senectae,

Exumiae



Exuuiae donec nostrae tumulentur arena:  
 Prouida vos semper caeli clementia feruet;  
 Nulla iterum vosmet claudant contagia pestis;  
 Nullaque vos rursus caelestia fulmina tangant.  
 Sit procul a vobis Martis terrorque furorque,  
 Hannibal et nequeat vestras ocludere portas.  
 Sis, o GYMNASIVM! semper paradifus amoenus,  
 Flore iuuentutis referas pulcherrima Tempe,  
 Ille magistrorum semper sit dulce leuamen,  
 Ille sit actorum merces generosa laborum.  
 Sis Helicon sanctus, sedes dulcissima musis,  
 In quo Pieridum nutriti carmina coetus  
 Grata Deo resonent, vt vox procul inde resulet.  
 Fons Aganippeus doctis vberimus vndis  
 Hinc saliens scatebras longinquis porrigat oris:  
 Fabrica sis clarae semper virtutis et artis  
 Pectoribus teneris elementa salubria formans,  
 Iugiter instillans sacraati oracula verbi,  
 Numinis et summi sancte mandata verenda.  
 Codicis exacte doceas idiomata sacri  
 Fontibus ex ipsis. His armis namque **LVTHERVS**  
 Coetibus errorum sacris tot monstra fugando

Salui-

Saluificae adferuit fidei sua dogmata certa ;  
 Quo duce sacrorum prisca est excussa tyrannis,  
 Ipsa cui debes sacrorum libera iura.  
 VOS quoque, COLLEGAE sacro mihi munere vincti,  
 Quos sancte veneror, fratrumque amplector amore,  
 TVque adeo in primis, longe dignissime RECTOR,  
 Cuius fama volans longinquas tendit ad oras,  
 Quo TVA certatim doctissima scripta feruntur,  
 Gratulor ex animo VOBIS haec gaudia tanta,  
 Gaudia centenis non degustata magistris,  
 Gaudia tranquillae pacis geminata fauore.  
 Vndecies iam iam roseas agitare quadrigas  
 Per duodena poli pergit sua sidera Phoebus,  
 Proximus, en! MILLERE, TIBI dum munere iungor,  
 Interea non rupta fides, non vlla simulcas,  
 Non vana ambitio, non lucri caeca cupido  
 Vel minimum nostros vniquam temeravit amores,  
 Atque ea sunt nostrae dulcissima tempora vitae.  
 Namque ego vos, campi laeti, viridantia prata,  
 Vos, horti nitidi, siluarum umbrosaue iustra,  
 Vos, gelidae ripae, montana cacumina, testor,  
 Quae studiis fessi toties iustrauius ambo,

Mellea.

Mellea quam fuerit, scitis, concordia nostra.  
 Haec postrema TVAE fidei mihi pignora posco,  
 Vt TVA dextra mihi morientia lumina claudat,  
 Munere sique TVO mea funera digna putabis;  
 Haecce, precor, nostro veniens inscribe sepulcro:  
*Theseus Pirithoi cineres hac condidit urna.*  
 Denique vos hilares iuuenili flore Camenae,  
 Quae colitis nostrum, carissima pignora, Pindum,  
 Hunc celebrate diem plausu, fidibusque canoris,  
 Dulcisonumque melos depromite pectore casto,  
 Numinis et sancti meritas extollite laudes.  
 Dicite: "Te, nostrae doctor ductorque iuuentae,  
 Omnipotente tuo nutu qui sidera torques,  
 Quem millena polo geniorum millia laudant,  
 Quem montes, campi, silvae, quem flumina, fontes,  
 Regnaque quem celebrant tumidi vastissima ponti:  
 Te, trinune Deus, laudant, venerantur, adorant  
 Pectora nostra, tuo tota inflammata fauore,  
 Cordaque nostra tuis sacratas laudibus aras  
 Sistimus, vnigenae purgandas sanguine nati,  
 Flamini et sancti complendas numine mentes,  
 Quo possint dulci patriae seruire tibi que."  
 Nunc ego te supplex veneror, spes nostra salusque,  
 Qui virtute tua caelum terramque creasti,  
 Qui mare, qui terras, qui sidera numine comples,  
 Cimмериisque iubes lumen prodire tenebris:  
 Serua GYMNASIO per tempora quaeque futura

Clara salutiferi caelestia lumina verbi,  
 Quae pellant cunctas humana mente tenebras,  
 Quae firmentque fide iuuenilia pectora certa,  
 Quod sua sola salus sint vnica vulnera CHRISTI,  
 Nullaque FRANCISCI picti nos stigmata seruent,  
 Quae quondam hic coluit caeca et seducta vetustas,  
 Quae poterant miseros nummis emungere patres,  
 Sed moribundae animae nullam spondere salutem.  
 Floreat ad mundi finem post funera nostra,  
 Praeparet et vobis generoso germine plantas  
 Vos ornaturas, o curia, templa, tribunal,  
 Hortus, *mnemonicus* quem sistit imagine *nummus*,  
 Frugifer, aeterno formosus fonte salutis!



*Tob. XII, 8.*

Summorum regum celanda arcana putantur:

Ast opera alta DEI sunt celebranda pie.

Plane igitur recte fecisti, SVAVIS AMICE,

Quod DOMINI laudes voce sonante canis.

Adplaudens adposuit

I. G. KIRCHNER, A. M.



IO. GOTTOFR. TAVSTII, FILII,

LL. AA. C.

EPILOGVS

TOTI ACTVI ORATORIO

IN

GYMNASII AVDITORIO MAIORI

D. XXX AVGVSTI

COLOPHONEM IMPONENS.

REACTIVAT

Chas. ...  
Quas ...  
Quas ...

IO GOTTFR. TAVSTH. EPLII

Nullius ...

EPILOGVS

TOTI ACTV ORATORIO

IN  
GYMNASII AVDITORIO MAIORI

D. XXX AUGVSTI

COLOPHONEM IMPONENS

...

...

...

...

...

...

...





Adque solis radios interduces neros  
 Autis a fortis lareu pulchra manet.  
 Sic tenera sedebat aliorum carmina mure.  
 Aris dux metibus limba prima parat.  
 Induc suos numeros tarpata reponere mens.  
 Aspere et in molles cogere verba pedes.  
 Pulchrum dicitur studio laborare melle.  
 Ut rickante puer vix pede tunc hūmum.  
 Sic ante in fontibus puerilibus hederis loccis  
 Incipit et proquo hancore metra gredis.  
 In numeris calamus max libere vagatur.  
 Multa tamen debet non toleranda sibi.



**P**lurima pertenui rerum nascuntur ab ortu,  
 Quae fouet in vasto terra benigna sinu.  
 Maxima de minimo labuntur flumina fonte,  
 Innumeris riuus aucta deinde tument.

Ingens ex tenui succreuit glandeque quercus,  
 Culmine sublimi visa ferire polum.  
 Et minima interdum tegitur scintilla fauilla,  
 Quae crescens flammam spargit ubique suas.  
 Vnicus innumero reparat viuaria foetu  
 Piscis, et ingentes semine complet aquas.  
 Congerit et magnos cumulos formica pusilla,  
 Inque suis tumulis imbre cadente latet.  
 Haec humana videns imitansque industria sollers  
 Maxima de minimis commoda ab arte petit.  
 Par annis studium, partus cum tempore fautor,  
 Optatam studiis ferre paratus opem,  
 Mirificum munis valet ingenerare vigorem,  
 Fortibus ut stimulis ardua quaeque petant,

Desiderat

Adspicis,



## CARMEN

Adspicis, vt iuuenis celsissima culmina scandat,  
 Reperere is ante puer vixque valebat humi.  
 Nisibus atque suis si splendida praemia palmae  
 Expugnanda videt, nulla pericla timet.  
 Atque solet gnauus cunctos intendere nervos,  
 Ausus si fortes laurea pulchra manet.  
 Sic tenerae scandunt aliorum carmina musae,  
 Artis dum metricae limina prima petunt.  
 Inque suos numeros turbata reponere metra,  
 Aspera et in molles cogere verba pedes -  
 Paullatim discunt studio sudoreque multo,  
 Vt titubante puer vix pede tangit humum.  
 Sic musa in leuibus paullatim incedere foccis  
 Incipit, et proprio fingere metra gradu.  
 In numeros calamo mox liberiore vagatur,  
 Multa tamen debet non toleranda sibi,  
 Et male tornatos incudi reddere versus.  
 Incipit, inuerso perque polire stilo.  
 Nascitur interea gustus geniusque poetae,  
 Principio prorsus qui fuit arte rudis.  
 Sique placere viris meletemata prima notauit,  
 Concipit igniculos mente calente nouos.  
 Aptat iam pedibus vates tragicosque cothurnos.  
 Factaque grandifona grandia voce caput.  
 Peruolat addiduus praeclara volumina vatium.  
 Fingit et ingenium fontibus hisce suum.  
 In noua mutatas iam discit fingere formas  
 Corpora NASONIS ductus amore sui.  
 Atque suos elegos pariter NASONE magistro  
 Innumeros casus damnaque flere docet.  
 Carmine mordaci populi depingere mores,  
 FLACCE, tuae discit gnauus ab arte manus.  
 Tumque docet nymphas lepidas saltare choreas,  
 Ridentes FLACCI mox satyrasque facit.

Denique



Denique Maconii lustrans vestigia vatis  
 Graiugenum tentat pingere bella ducum.  
 Aut cum grandiloqui numeris pompaque  
 Ausonidum palmis, arma virisque canit.  
 Adfiduum musas studium laudesque fauentes  
 Parnassi tandem culmina ad ipsa vehunt.  
 His geminis vatum quondam subiectus abulis non  
 Ausonidum petiit sidera summus, color.  
 Maecenasque suum mactatum laudem  
 Impulit eximii vatis adire decus.  
 Concitus his simulis tu, facundissime  
 Romulidum, orandi culmen in arte tenes.  
 Attica Socraticis stillans sapientia labris  
 Maxima non Pythio indice dicta foret,  
 Ni coelata foret fragrantis acumine mentis  
 Inde et Athenarum culta favore pari.  
 Quaelibet ex tenui praeclara scientia fonte  
 Manat, at ut Nilus maxima cura rigat,  
 Excitat auditor studium, gratoque favore,  
 Rore velut, florum germina prima fouet.  
 Herbam vix monstrant conamina nostra, fatemur,  
 Et velut in sulcis semina clausa latent.  
 Nostraque nectareo nondum vineta liquore  
 Destillant, nec dum mustea dona ferunt.  
 Tendimus in Latium, quamquam procul absumus inde,  
 Magnaque adhuc nobis est adeunda via,  
 Culmina lauricomi tentamus scandere Pindi,  
 Quae sunt difficili vix superanda gradu.  
 Constantique pedem cupimus proferre labore,  
 Carpinus id, quouis quod licet ire die,  
 Pegaseo nondum nobis licet ire volatu:  
 Pangimus at tremula paruula pensa manu.  
 Nostraque non penitus si displicuisse palaestra  
 Iudicio cernet, DOCTA CORONA, TVO.


CARMEN SAECVLARE.

Iste fauor musis nostris quoque suggeret alas,  
 Altius vt surgant, vtque leuentur humo.  
 Spectastis nostros generoso lumine ludos,  
**ILLVSTRES, DOCTI CONSPICVIQVE VIRI,**  
 Dicere me dignas tanto pro munere grates  
**VOBIS** tripudians nostra palaeſtra iubet,  
 Quo noſtras muſas faciles maſtaſtis honore,  
 Adplauſu tanto, tergeminoque die.  
 Laudibus is noſtris toto celebrabitur aeno,  
 Ac ſtimulos ſtudiis per noua ſaecula dabit.  
 Per quae **VOS** cunctos ſartos teſtoſque tueri  
 Gratia caeleſtis corpore, mente velit.  
 Viuite vos tenerae, patriae floſ, viuite, muſae,  
 Viuat **GYMNASIVM;** nobilis **HALLA,** tuum.



ſubſcribitur: DOCTA CORONA, TVO.







№ 1680.  
8

ULB Halle 3  
001 508 342





Sl.

Nur für den ~~Verbrauch~~

n. f.







15 #

IOANNIS GOTTOFREDI TAVSTII,  
GYMNASII HALLENSIS CONRECTORIS ET COLLEGII  
SCHOLASTICI SENIORIS,  
**CARMEN SAECVLARE**

V O T I V V M

IN MEMORIAM

**IVBILAEI SECVNDI  
GYMNASII HALLENSIS**

D. XXVIII, XXVIII ET XXX AVGVSTI A. O. R. c<sup>o</sup> l<sup>o</sup> cclxv.

DIVINIS AVSPICIIS SOLEMNITER CELEBRATI

IN AEDE SCHOLASTICA

PVBlice RECITATVM.

---

ACCEDIT

IO. GOTTOFR. TAVSTII, FILII,

**E P I L O G V S**

ORATIONVM SAECVLARIVM.

---

HALLAE SALICAE,

APVD IOANN. GOTTOFRED. TRAMPE. 1765.